

## A Partial Comparison of the ‘General Constitutions’ of the Franciscan Order (1260–1325) (chapters 1–3)

Below is an attempt to compare the first three chapters (and perhaps more one day) of the various *constitutiones generales* of the Franciscan Order as they are found in the recently edited *Analecta franciscana* 13 (2007) and 17 (2010). While it would have been nice to include those of the 1330s as well, more than just space precluded the possibility: they are so different that there would be too little to compare. As it is, it is more unwieldy than I first suspected. In any event a few words of explanation are in order: [1] I have not standardized the orthography of the different constitutions, nor have I counted it as worthy of note (except in the underlying .tex file); [2] the regular serified typeface is used for the first appearance of a selection of text; [3] *italics* are used to indicate (what I consider) substantial or interesting changes, and/or additions to the original text—but some smaller

differences have been noted in-text; [4] a sans serif typeface is used to indicate that text from earlier constitution(s) has been moved, and are followed by a cross-reference to the original location (if to a specific set, then they are prefaced by the appropriate abbreviation); [5] if there is no entry given, then it may be assumed that it is almost identical to the entry to its immediate left; [6] in order to reduce the length of the table, wherever possible, I have had entries span the columns in which the entry as a whole can be found; and [7] a ‘[nihil]’ means one should consult the various introductions to learn why there is ‘nothing’ for that particular entry (though a ‘[nihil]’ to the left of a text unambiguously declares that it cannot be found in the earlier texts).

The layout of the table is complex, but I hope it is comprehensible. Finally, this

is meant as a useful guide to look over, but it in no way should replace the edited texts; let it suffice to say that the picture is more complex than it appears here, and without the all the ancillary material the editors provide, one might imagine the evolution of the various constitutions was far more straightforward than it actually was.

This document is designed to be almost printable on ‘ledger paper’ (17 × 11 in.); modern printers should be able to scale the document so it fits on the ‘printable area’, but they may not do so automatically. As always, comments, corrections, suggestions, etc., are welcome.

**revision: 1.2**

### De religionis ingressu. Rubrica Prima.

| <b>Constitutiones generales ordinis fratrum minorum</b> |  |                        |                         |   |  |                    |  |   |      |
|---|--|------------------------|-------------------------|---|--|--------------------|--|---|------|
| no.   | Narbonenses<br>(1260)  | Assisienses<br>(1279)  | Argentinenses<br>(1282) | Mediolanenses<br>(1285)   | Parisienses<br>(1292 & 1295)   | Paduanae<br>(1310) | Assisienses <sup>1</sup><br>(1316)   | Lugdunenses<br>(1325)   | no.  |
| 1.1   | Statuimus in principio quod nullus ad ordinem recipiatur nisi expropriatus omnino, cum, secundum evangelii veritatem et nostrae regulae professionem, paupertas sit totius spiritualis aedificii primum fundamentum.   | ad ordinem] <i>om.</i> |                         | ... secundum evangelium [cetera congruentes Narb.]  | ... ad <i>professionem</i> [cetera congruentes Narb.]  | [nihil]            | <i>Statuimus in principio quod nullus recipiatur ad ordinem nostrum, nisi quartumdecimum annum compleverit in etate.</i>   | etate] <i>etate</i> , [preter illos qui a parentibus ordini offeruntur], ita quod quando ad professionem recipitur annus .xv <sup>us</sup> . sit completus. Et ad hoc recipientes per obedientiam obligentur.   | 1.1  |
| 1.1a  | [nihil]  | [nihil]                | [nihil]                 | Venientibus tamen ad ordinem dicatur verbum evangelii, sicut in regula continetur.          | [nihil]  | [nihil]            |  |   | 1.1a |
| 1.2   | Ordinamus etiam ut nullus recipiatur citra XVIII annum, nisi per robur corporis vel industriam sensus seu per excellentem aedificationem a XV anno et supra, aetas secundum prudentium iudicium suppleatur.  |                        |                         |   |  | [nihil]            | <i>Venientibus autem ad ordinem dicatur verbum sancti evangelii, quod vadant et omnia vendant, sicut in regula continetur.</i>   |   | 1.2  |
| 1.3   | Et, quia non solum propter nostram salutem vocavit nos Deus, verum etiam propter aliorum aedificationem per exempla, consilia et salubria hortamenta, ordinamus quod nullus recipiatur in ordine nostro, nisi sit talis clericus qui sit competenter instructus in grammatica vel logica; aut nisi sit talis laicus, de cuius ingressu esset valde celebris et famosa aedificatio in populo et in clero. |                        |                         | ... grammatica vel <i>alia facultate</i> , ... aut nisi sit talis clericus vel laicus, .... |  | [nihil]            | <i>Et nullus recipiatur pro clerico nisi sit competenter instructus in grammatica vel alia facultate.</i>  |   | 1.3  |
| 1.4   | Si quem vero praeter hanc formam recipi oporteat propter familiaria officia exercenda, non recipiatur absque urgente necessitate; et hoc de ministri generalis licentia speciali.  |                        |                         | ministri generali] <i>om.</i>   | Si quem vero] <i>Si quos vero, clericos vel laycos</i> , preter hanc...   recipiatur] <i>recipiantur</i> | [nihil]            | <i>Quod, si alicubi tales haberi non possunt, non recipiantur ad minus nisi qui sunt discretorum iudicio habiles ad predicta, aut nisi oporteat aliquos recipi pro familiaribus obsequiis exercendis. Pro laico vero nullus recipiatur omnino citra decimum octavum annum, et tunc tantum de licentia generalis.</i> | aut nisi oporteat aliquos recipi pro familiaribus obsequiis exercendis] <i>om.</i>   annum] <i>annum nec ultra quadragesimum, nisi esset persona notabilis vel insignis, de cuius receptione esset edificatio magna in populo et in clero</i> , et tunc tantum de licentia generalis. | 1.4  |

LEGEND: *italics* = changes and/or additions    sans serif = relocated text

(Continued on next page)

| no.  | Narbonenses   | Assisienses | Argentinenses | Mediolanenses | Parisienses   | Paduanae | Assisienses <sup>1</sup>   | Lugdunenses  | no.  |
|------|---|-------------|---------------|---------------|---|----------|--|--|------|
| 1.4a | [nihil]   | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | Non vult generalis minister quod ministri provinciales committant aliis receptionem fratrum extra suam provinciam nisi in studiis generalibus, nec etiam committant alicui receptionem generaliter laycorum.  | [nihil]  | [nihil]  | [nihil]  | 1.4a |
| 1.4b | [nihil]   | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | Et ministri, transeuntes per alienas provincias, in recipiendo stricte se habeant, et quos recipiunt secum ducant, cum firmo proposito nullatenus remittendi.   | [nihil]  | [nihil]  | [nihil]  | 1.4b |
| 1.4c | [nihil]   | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | Nulli ministro vel custodi vel gardiano liceat recipere aliquem eiectum vel per se egressum de administratione alterius ministri, sive sit in nostro habitu sive non. si quis vero contra fecerit, huiusmodi receptio irrita sit et cassa, et tribus diebus in pane tantum et aqua ieiunet. | [nihil]  | [nihil]  | [nihil]  | 1.4c |
| 1.4d | [nihil]   | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | Item inhibemus quod heremite non recipiantur ad ordinem nostrum nec aliqui de ordine aliquo mendicantium.   | [nihil]  | [nihil]  | [nihil]  | 1.4d |
| 1.5  | A venientibus ad ordinem, nec ante receptionem nec post, petatur res aliqua temporalis; et si quid petitum fuerit acceptum, auferatur totaliter, nec utatur. Et quicumque, subditus vel praelatus, praeter illud quod in regula conceditur, de rebus venientium ad ordinem se intromiserit quoquo modo, tribus diebus in pane tantum et aqua ieiunet.   |             |               | [nihil]       | nec utatur] <i>nec reddatur</i>   | [nihil]  | <i>Nulli ministro, custodi seu etiam gardiano liceat recipere aliquem eiectum vel per se egressum de administratione alterius ministri, sive sit in nostro habitu sive non. Et, si secus fuerit attemptatum, huiusmodi receptio irrita sit et cassa.</i> | ministro, custodi seu gardiano] <i>ministro vel custodi seu gardiano</i>                                 | 1.5  |
| 1.6  | Recipiendus ad ordinem, postquam examinatus fuerit secundum regulam de fide et ecclesiasticis sacramentis, interrogetur nihilominus de subscriptis, videlicet si corpore sit sanus, si conditione liber, si matrimonio non adstrictus, si debitis expeditus, si excommunicationis gravis vinculo non ligatus, si religionem aliam non egressus, si voluntate promptus ad religionis onera perferenda. Tandem sibi regula et asperitates ordinis exponantur. |             |               | [nihil]       | [congruens Narb.]   | [nihil]  | <i>Inhibemus quoque quod nullus de ordine mendicantium recipiatur ad ordinem nostrum, nec de non mendicantibus recipiatur aliquis, nisi prius a suo superiore petita licentia et obtenta.</i>  | nostrum] <i>nostrum, et si secus factum fuerit, huiusmodi receptio irrita sit et cassa nec de non...</i> | 1.6  |
| 1.7  | Ut autem novitii melius valeant informari, volumus ut in qualibet custodia a ministro assignetur domus aliqua, magis apta, vel duae si una non sufficit, in qua vel in quibus omnes novitii de custodia collocentur usque ad tempus professionis suae.  |             |               | [nihil]       | vel duae] <i>vel plures</i>   | [nihil]  | <i>Nullus insuper pro aliena receptus provincia, vel ad suam translatus instantiam, possit ad nativam redire provinciam moraturus ibidem, nisi de generalis ministri licentia speciali.</i>  |  | 1.7  |

LEGEND: *italics* = changes and/or additions sans serif = relocated text

(Continued on next page)

| no.   | Narbonenses   | Assisienses   | Argentinenses                | Mediolanenses | Parisienses                | Paduanae | Assisienses <sup>1</sup>  | Lugdunenses  | no.   |
|-------|---|---|------------------------------|---------------|----------------------------|----------|---|--|-------|
| 1.8   | Ad quos informandos assignetur frater religiosus et circumspectus, qui eos doceat pure et frequenter confiteri, ardentem orare, honeste conversari, humiliter obedire, servare cordis et corporis puritatem, zelare sacratissimam paupertatem et ad omnis perfectionis apicem anhelare.   |   |                              | [nihil]       | [congruens Narb.]          | [nihil]  | Recipiendus ad ordinem, postquam examinatus fuerit secundum regulam de fide et ecclesiasticis sacramentis, interrogetur nichilominus de subscriptis: videlicet si corpore sanus, si conditione liber, si matrimonio non astrictus, et debitis expeditus, si excommunicationis gravis vinculo non ligatus, si religionem aliam non egressus, si voluntate promptus ad religionis onera perferenda. Tandem sibi regula et asperitates ordinis exponantur (1.6); <i>et detur eidem probationis capucium, sicut in regula continetur.</i> | astrictus, et] <i>astrictus et legitimo matrimonio natus, si</i> | 1.8   |
| 1.9   | Et, ut vacent melius ad praedicta et ad divinum officium addiscendum, toto probationis tempore studio non intendant, nec promoveantur ad ordines sacros, nec confessiones audiant si fuerint sacerdotes.  | ... sacerdotes. <i>Nec libros studii habeant specialiter assignatos. Si quos vero de seculo attulerint, reponant eos in custodia gardiani. In scriptis vero edificationis liceat eis, secundum dispositionem magistri sui, pro tempore occupari.</i>  |                              | [nihil]       | eis] <i>eos</i>            | [nihil]  | Ut autem novicii melius valeant informari, volumus <i>quod</i> in qualibet custodia assignetur <i>locus conventualis aliquis magis aptus</i> , vel <i>plures</i> si <i>unus</i> non sufficit, in <i>quo</i> vel in quibus omnes novicii de custodia collocentur (1.7).  |  | 1.9   |
| 1.10  | Tempore vero novitiatus non loquantur cum aliquo saeculari vel religioso alterius religionis sine licentia et socio assignato. Nec litteras vel aliud recipiant vel mittant sine licentia speciali.   |   |                              | [nihil]       | loquantur] <i>loquatur</i> | [nihil]  | Ad quos informandos assignetur frater, religiosus et circumspectus, qui eos doceat pure et frequenter confiteri, ardentem orare, honeste conversari, humiliter obedire, servare cordis et corporis puritatem, zelare sacratissimam paupertatem et ad omnis perfectionis apicem anhelare (1.8). <i>Et, ad providendum novitiis de huiusmodi conventibus et magistris, ministri et custodes firmiter teneantur.</i>   |  | 1.10  |
| 1.11  | Completo probationis tempore, si ad professionem digni fuerit iudicati, professionem faciant in hunc modum 'Ego frater N. voveo et promitto Deo et beatae Mariae virgini et beato Francisco et omnibus sanctis et tibi, pater, toto tempore vitae meae servare regulam Fratrum Minorum, per dominium Honorium papam confirmatam, vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate'. Et qui eum recipit promittat ei, si haec observaverit, vitam aeternam. | ... tempore, si <i>novicii a fratribus, cum quibus fuerint conversati, habeant laudabile testimonium, de ministri provincialis licentia a suis custodibus possint ad professionem recipi. Interdum etiam ex causa rationabili possint hoc ipsum ministri in particulari casu concedere gardianis.</i> | Interdum] <i>Et interdum</i> | [nihil]       | [congruens Arg.]           | [nihil]  | Et, ut vacent melius ad praedicta et ad divinum officium addiscendum, toto probationis tempore studio non intendant, nec promoveantur ad ordines sacros, nec confessiones audiant si fuerint sacerdotes. Nec libros studii habeant <i>speciatim</i> assignatos. Si quos vero de seculo attulerint, reponant eos in custodia gardiani. In scriptis vero edificationis liceat <i>eos</i> , secundum dispositionem magistri sui, pro tempore occupari (1.9).   | speciatim] <i>specialiter</i>   eos] <i>eis</i>                  | 1.11  |
| 1.11a | [nihil]   | Quam quilibet novicius, cum ad professionem recipitur, faciat in hunc modum 'Ego...' [ <i>cetera congruentes 1.11</i> ].  |                              | [nihil]       | [congruens Arg.]           | [nihil]  | [nihil]   | [nihil]  | 1.11a |
| 1.11b | [nihil]   | Si autem conversatio alicuius novicii fuerit dubia apud fratres, eius ad professionem receptio provinciali ministro penitus reservetur.   |                              | [nihil]       | [congruens Arg.]           | [nihil]  | [nihil]   | [nihil]  | 1.11b |

LEGEND: *italics* = changes and/or additions sans serif = relocated text

(Continued on next page)

| no.   | Narbonenses | Assisienses | Argentinenses | Mediolanenses | Parisienses | Paduanae   | Assisienses <sup>1</sup>  | Lugdunenses | no.   |
|-------|-------------|-------------|---------------|---------------|-------------|--|---|-------------|-------|
| 1.11c | [nihil]     | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | Huiusmodi autem novitii, professionem facturi, nichil pro se in testamento vel alias retineant. Sed, si legaverint libros vel alia notabilia conventibus vel fratribus in comuni, ministri vel custodes de discretorum consilio possint et debeant de predictis legatis eisdem, cum professi fuerint, sicut secundum Deum viderint, providere. | [nihil]   | [nihil]     | 1.11c |
| 1.12  | [nihil]     | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | [nihil]  | Tempore vero novitiatus non loquantur cum aliquo seculari vel religioso alterius religionis sine licentia et socio assignato; nec litteras vel aliud recipiant vel mittant sine licentia speciali (1.10).   |             | 1.12  |
| 1.13  | [nihil]     | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | [nihil]  | Completo vero probationis tempore, si novicii a fratribus, cum quibus fuerint conversati, habeant laudabile testimonium, de ministri provincialis licentia a suis custodibus ad professionem recipi possint. Et interdum etiam ex causa rationabili possint hoc ipsum ministri in particulari casu concedere guardianis (Paris. 1.11).  |             | 1.13  |
| 1.14  | [nihil]     | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | [nihil]  | Quam quilibet novicius, cum ad professionem recipitur, faciat in hunc modum 'Ego frater N. voveo et promitto Deo et beate Marie virgini et beato Francisco et omnibus sanctis et tibi, pater, toto tempore vite mee servare regulam Fratrum Minorum, per dominium Honorium confirmatam, vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate'. Et qui eum recipit promittat ei, si hoc observaverit, vitam aeternam (Paris. 1.11a). <i>Et hec receptio tantum fiat in capitulo coram fratribus, ad hoc specialiter convocatis.</i> |             | 1.14  |
| 1.15  | [nihil]     | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | [nihil]  | Huiusmodi autem novicii, professionem facturi, sint expropriati omnino, et nichil pro se in testamento vel aliter faciant reservari (1.11c).  |             | 1.15  |
| 1.16  | [nihil]     | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | [nihil]  | Si autem conversatio alicuius novicii fuerit dubia apud fratres, eius ad professionem receptio provinciali ministro penitus reservetur (1.11b).   |             | 1.16  |

**De qualitate habitus. II rubrica.**

| Constitutiones generales ordinis fratrum minorum |  |                       |                         |                         |  |                    |  |   |      |
|--|--|-----------------------|-------------------------|-------------------------|--|--------------------|--|---|------|
| no.  | Narbonenses<br>(1260)  | Assisienses<br>(1279) | Argentinenses<br>(1282) | Mediolanenses<br>(1285) | Parisienses<br>(1292 & 1295)   | Paduanae<br>(1310) | Assisienses <sup>1</sup><br>(1316)   | Lugdunenses<br>(1325)   | no.  |
| 2.1  | Cum regula dicat quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur, statuimus ut vestimentorum vilitas attendatur in pretio pariter et colore.  |                       |                         |                         |  |                    | ... induantur, <i>ordinamus quod hec vilitas attendatur iudicio prelatorum</i> in pretio pariter et colore.  | Cum regula dicat quod fratres <i>habeant unam tunicam cum caputio et aliam sine caputio, qui voluerint habere, et quod vestimentis vilibus induantur, sitque per plures summos pontifices declaratum hoc debere servari secundum iudicium prelatorum, et in declaratione domini Iohannis pape .xxii. non solum prelatis predictum iudicium committatur, sed sub restrictione precepti mandetur fratribus omnibus et singulis quod quantum ad colorem, precium, vilitatem, paupertatem, quoque longitudinem, latitudinem, grossitiem, subtilitatem, formam seu figuram et similia accidentia, tam in habitatibus ipsorumque caputiis, quam inferioribus tunicis, suorum prelatorum arbitrium, determinationem seu iudicium fratres omnes et singuli sequi omnimode, illisque parere per omnia teneantur; —</i> | 2.1  |
|  | [nihil]  | [nihil]               | [nihil]                 | [nihil]                 | [nihil]  | [nihil]            | Et omnes fratres, quantum ad valorem, colorem, longitudinem et latitudinem tam habituum quam capuciorum et manicarum, uniformitatem decenter observent, deformatibus, singularitatibus, pretiositatibus, et superfluitatibus penitus resecatis.  | — <i>ac insuper quod, illorum sequendo arbitrium, determinationem seu iudicium, illisque parendo nec sint nec dici possint vel debeant sue regule transgressores; ordinat generalis minister de consilio et assensu totius capituli generalis quod quantum ad numerum tunicarum et alia specificata superius iudicium prelatorum requirant, et eorum sequi prefatum iudicium firmiter teneantur.</i>  |      |
| 2.1a   | [nihil]  | [nihil]               | [nihil]                 | [nihil]                 | [nihil]  | [nihil]            | [nihil]  | Et quicumque contrafecerit, transgressor est mandati regule et precepti summorum pontificum. Et, quia rem tenet etiam contra voluntatem expressam sui prelati, proprietarius est censendus.   | 2.1a |
| 2.2  | Omnino nigrae vel penitus albae tunicae desuper non portentur, nec de panno cardato, ubi alius haberi poterit bono modo.<br>Fiant autem tunicae aptae, sine deformitate, non habentes superfluitatem in logitudine vel latitudine.   |                       |                         |                         |  |                    | <i>Fiat autem caputium tali modo quod, existens in capite, usque ad cingulum non attingat.</i><br><i>Mantellos quoque de panno vili et humili fratres habeant, nec rugatos circa collum, vel crispas, nec usque ad terram per integrum saltem palmum protensos; et in forma serventur modus antiquus et hactenus consuetus, curiositate qualibet abdicata.</i> |   | 2.2  |
|  | [nihil]  | [nihil]               | [nihil]                 | [nihil]                 | [nihil]  | [nihil]            | [nihil]  | Et nullus frater possit secum portare mantellum de loco ad locum, nec aliam rem ad lecti supelectilem pertinentem.  |      |
| 2.3  | Item, cum regula dicat quod de fratribus induendis ministri tantum et custodes sollicitam curam gerant, sub custodum nomine dans etiam intelligi guardianos, ordinamus quod pannus, aptus secundum regulam, communiter ematur pro fratribus pro dispositione guardiani.                                  |                       |                         |                         | ... curam gerant <i>quam quidem curam, secundum declarationem domini Nicholai pape III, ipsi possunt per alios fratres sibi subditos, exercere, ordinamus quod pannus, aptus secundum regulam, comuniter procuretur pro fratribus pro dispositione gardiani.</i> |                    | Nullus frater habeat eodem anno duos habitus novos (Par. 2.7). Nec dormiant umquam fratres sine habitu, cingulo et femoralibus, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur. Item, sani fratres in dormitorio culcitris et pulvinaribus de pluma et linteaminibus non utantur (2.11).  | ... culcitris et <i>mataraciis</i> et pulvinaribus... <i>Et hoc a ministris, magistris, custodibus, guardianis, lectoribus et bachalariis ac ceteris fratribus, conventualibus seu localibus, generaliter conservetur.</i>  | 2.3  |
|  | Et de illo commune panno ministri, custodes, guardiani, lectores, confessores, praedicatores, et procuratores et ceteri fratres sine distinctione aliqua aut specialitate tam inferius quam superius induantur, nisi pro manifesta et evidenti necessitate cum aliquo per praelatos fuerit dispensandum. |                       |                         |                         |  |                    |  |   |      |

LEGEND: *italics* = changes and/or additions sans serif = relocated text

(Continued on next page)

| no.  | Narbonenses   | Assisienses   | Argentinenses | Mediolanenses | Parisienses   | Paduanae                    | Assisienses <sup>1</sup>  | Lugdunenses  | no.  |
|------|---|---|---------------|---------------|---|-----------------------------|---|--|------|
| 2.4  | Si vero pannus, aptus secundum formam praehabitam, alicui offeratur, guardiano tradatur, qui de illo provideat ei vel cui magis viderit expediri.   |   |               |               |   |                             | Item, qui calciamentis indigent, non portent stivaldos sed calcios corrigiatis et ante fixos. Et habeantur calciamenta pro celebrandis missis in communi, et fratres occasione missarum illis tunc et non alias calcientur (2.9). <i>Nec de cetero solee retroclause vel cum talaribus habeantur.</i> | <i>Item, cum secundum regulam, calciamenta, nisi in casu necessitatis, fratres portare non debeant, et per hoc etiam a religiosis ceteris distinguamur, ordinat generalis minister de consensu capituli generalis et precepit quod nullus frater portet calciamenta sine urgenti et manifesta necessitate de ministri licentia speciali. Quam licentiam, in eius absentia, custos vel guardianus vel vicarii eorumdem dare possint cum fratrum consilio discretorum. Ad quod consilium, fideliter tribuendum, teneantur predicti discreti cum fuerint requisiti.</i> | 2.4  |
|      | Si quis vero contrafecerit, uno die tantum in pane et aqua ieiunet. Et custos eidem tunicam auferat, et non restituat. Et ad hoc firmiter teneatur.   |   |               |               |   |                             |   |  |      |
| 2.5  | Item, cum dicat regula quod fratres habeant unam tunicam cum capucio et aliam sine capucio, qui voluerint habere, et quod eas repetiari possint, nullus frater inferiorem tunicam habeat nisi unam, vel simplicem vel repeciata.  |   |               |               |   |                             | <i>Cingulum habeatur, corda, communis et rudis; et omnis curiositas ab ea penitus rescindatur.</i> (cf. 2.10)   | Et habeantur calciamenta pro celebrandis missis in communi, et occasione missarum illis tunc et non alias calcientur (2.9; Assis. <sup>1</sup> 2.4). <i>Nec de cetero solee retro clause vel cum talaribus habeantur</i> (Assis. <sup>1</sup> 2.4).  | 2.5  |
| 2.6  | Si quis autem pluribus indiguerit, non habeat nisi de licentia eorum, qui secundum regulam de fratribus induendis sollicitam curam debent gerere secundum loca et tempora et frigidam regionem.   |   |               |               |   |                             | [nihil]   | Cingulum habeantur, corda comunis et rudis; et omnis curiositas ab ea penitus rescindatur (Assis. <sup>1</sup> 2.5; cf. 2.10).   | 2.6  |
| 2.7  | Item, contra superhabuntiam vestium, ordinamus quod nullus frater habeat duos habitus, et quod guardiani non dent alicui fratri habitum vel tunicam novam nisi prius resignet, si quam habet, superfluam.<br><br>Et tunicae, quibus communiter fratres non utuntur ad necessitatem pro tempore, in communi reserventur.   | Item, contra superhabuntiam vestium, ordinamus [...] quod guardiani non dent alicui fratri habitum vel tunicam novam nisi prius resignet, si quam habet, superfluam.<br><br>Et tunicae, quibus [...] fratres non utuntur ad necessitatem pro tempore, in communi reserventur. |               |               | ordinamus <i>quod nullus frater eodem anno habeat duos habitus novos et quod gardiani non dent alicui fratri tunicam novam nisi....</i> |                             | [nihil]<br><br>[nihil]  | <i>De supradictis autem omnibus, ad habitus qualitatem spectantibus, ministri et custodes diligenter inquirant et omnia servari faciant, et gravi pena, iuxta culpe modum, puniant transgressores.</i><br><br>[nihil]  | 2.7  |
| 2.8  | Item, cum ab institutione nostri ordinis de forma habitus sit sine calciamentis incedere, et regula calciamenta non concedat nisi iis qui necessitate coguntur, ordinamus ut frater vadat calciatus, nisi cuius evidens necessitas fratribus innotescit, vel per guardianum suum est coram fratribus sufficiens iudicata.<br><br>Et quotienscumque quis contra ex deliberatione fecerit, totiens dicat VII psalmos poenitentiales et tot recipiat disciplinas.<br><br>Si quis vero ex consuetudine inventus fuerit vitiosus, ultra VII psalmos, comedat in terra coram fratribus in conventu. | vadat calciatus] <i>vadat consuetudinarie calceatus</i>   |               |               | quis] <i>hiis</i>   | [nihil]                     | [nihil]   | [nihil]  | 2.8  |
|      |   | ultra VII psalmos] <i>om.</i>   |               |               |   | ex consuetudine] <i>om.</i> | [nihil]   | [nihil]  |      |
| 2.9  | Item, qui calciamentis indigent, non portent stivallos sed calceos corrigiatis et antefixos.<br><br>Et habeantur calciamenta pro celebrandis missis in communi, et fratres occasione missarum illis tunc et non alias calcientur.   | alias] <i>aliis</i>   |               |               |   |                             | [nihil]<br>[nihil]  | [nihil]<br>[nihil]   | 2.9  |
| 2.10 | Cingulum habeatur, chorda communis; et nihil portetur appensum ad chordam.  |   |               |               |   |                             | [nihil]   | [nihil]  | 2.10 |

LEGEND: *italics* = changes and/or additions sans serif = relocated text

(Continued on next page)

| no.   | Narbonenses   | Assisienses                  | Argentinenses                | Mediolanenses | Parisienses   | Paduanae | Assisienses <sup>1</sup> | Lugdunenses | no.   |
|-------|---|------------------------------|------------------------------|---------------|---|----------|--------------------------|-------------|-------|
| 2.10a | [nihil]   | [nihil]                      | [nihil]                      | [nihil]       | Nec cingula habeantur interius cum cultellis et bursis; nec etiam burse inferius in tunica habitus laterales. |          | [nihil]                  | [nihil]     | 2.10a |
| 2.11  | Item, non dormiant fratres sine habitu, cingulo et femoralibus, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur. Sani fratres, in locis in quibus morantur, culcitris et pulvinaribus de pluma non utantur.                             |                              |                              |               |   |          | [nihil]                  | [nihil]     | 2.11  |
| 2.12  | Excessus in tunicis, lectis et mantellis et calciamentis castigatione, qua convenit, reprimantur, ita quod in omnibus, quae ad habitum fratrum expectant, ad imitationem patrum nostrorum reluceat semper austeritas, vilitas et paupertas. | austeritas] <i>asperitas</i> | asperitas] <i>austeritas</i> |               | austeritas] <i>asperitas</i>  |          | [nihil]                  | [nihil]     | 2.12  |

### De observantia paupertatis. III rubrica.

| no.  | Narbonenses<br>(1260)  | Assisienses<br>(1279) | Argentinenses<br>(1282) | Constitutiones generales ordinis fratrum minorum |                              |                    | Assisienses <sup>1</sup><br>(1316)  | Lugdunenses<br>(1325)  | no.  |
|------|--|-----------------------|-------------------------|--|------------------------------|--------------------|---|--|------|
|      |  |                       |                         | Mediolanenses<br>(1285)                          | Parisienses<br>(1292 & 1295) | Paduanae<br>(1310) |   |  |      |
| 3.1  | Cum regula dicat quod fratres non recipiant pecuniam per se vel per inter[positam] personam, statuimus quod pecunia nec nomine oblationis nec alias recipiatur in locis fratrum. |                       |                         | oblationis] <i>conventus</i>                     | conventus] <i>oblationis</i> |                    | ... personam, et qualiter hoc intelligi debeat per dominos summos pontifices, scilicet Nicolaum tertium et Clementem quintum, aperte fuerit declaratum, ut hoc melius observetur, precipimus ut declarationes predictae, quantum ad istum articulum et alia que pertinent ad observantiam paupertatis, quolibet mense semel vel saltem infra duos menses in capitulo legantur fratribus, ne ignorantia sit ipsis occasio delinquendi. | ... fuerit declaratum. Cum in declaratione domini Nichlai predicti, paragrafo illo 'Ceterum' dicatur sic: 'Ceterum, cum in eadem regula sit sub precepti restrictione prohibitum ne fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniam ullo modo, et hoc fratres velud iniunctum necesse habeant adimplere'. Et infra: 'Ita tamen quod, penes dantem dominio, proprietate ac possessione ipsius pecunie, cum libera potestate revocandi pecuniam ipsam semper usque ad conversionem ipsius in rem deputatam, plene, libere ac integre remanentibus, in ipsa pecunia nichil omnino iuris fratres habeant, nec administrationem seu dispensationem; nec contra personam, nominatam ab eis vel non nominatam, cuiuscumque conditionis existeret, in iudicio vel extra actionem vel persecutionem aut aliquod aliud ius, qualitercumque persona predicta in commissione huiusmodi se haberet.' | 3.1  |
| 3.1A | [nihil]  | [nihil]               | [nihil]                 | [nihil]  | [nihil]                      | [nihil]            | [nihil]   | Et declaratio domini Clementis circa hoc exponendo adiungat paragrafo 'Denique', 'quod fratres in predictis pecuniis se cunctis ostendant, sicut nec habent, penitus nil habere. Quapropter: precipere quod et qualiter pecunia expendatur, comptum exigere de expensa, eamque reponere seu deponere aut deponi facere, capsulam pecunie vel eius clavem deferre; hos actus et similes fratres sibi illicitos esse sciant. Predicta enim facere ad solos dominos pertinet qui dederunt, et eos quos ipsi deputaverunt ad hoc ipsum.'   | 3.1A |

| no.  | Narbonenses | Assisienses | Argentinenses | Mediolanenses | Parisienses | Paduanae | Assisienses <sup>1</sup> | Lugdunenses   | no.  |
|------|-------------|-------------|---------------|---------------|-------------|----------|--------------------------|---|------|
| 3.1B | [nihil]     | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | [nihil]  | [nihil]                  | Item, cum declaratio domini Nicholai in predicto paragrafo 'Ceterum' dicat quod: 'Pro necessitatibus fratrum, que tractum temporis habent, pro causis videlicet determinatis, utpote pro libris scribendis, ecclesiis seu edificiis construendis, libris et pannis in locis remotis emendis et aliis similibus, possit servari pecunia a persona, subrogata per donantem ipsam pecuniam, nominata a fratribus vel non nominata.'  | 3.1B |
| 3.1C | [nihil]     | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | [nihil]  | [nihil]                  | Et dominus Clemens, paragrafo 'Porro', sic subiungat: 'Dicimus autem fratres teneri cavere summopere quod pro aliis causis et sub modis aliis, quam ponat dicti predecessoris declaratio, ad dantes pecunias seu deputos nuntios non recurrant, ne, si secus ab ipsis attemptatum fuerit, transgressores precepti et regule merito possint dici.' Et infra, paragrafo 'Quocirca': 'Cum etiam recursus ad spirituales amicos expresse tantum concedatur secundum regulam in duobus casibus, scilicet pro necessitatibus infirmorum et fratribus induendis; idque pie rationabiliter, considerata necessitate vite, ad alias necessitates, sepe dictus predecessor duxerit extendendum; attendant fratres predicti quod pro nullis aliis causis quam predictis vel similibus, in via vel similibus, in via vel alibi, recurrere licet ad amicos huiusmodi, sive sint dantes sive deputati per ipsos sive nuntii vel depositarii seu quovis nomine appellentur, etiam si concessi per eandem declarationem modi circa pecuniam integre servarentur.' | 3.1C |

LEGEND: *italics* = changes and/or additions    sans serif = relocated text

(Continued on next page)

| no.    | Narbonenses  | Assisienses | Argentinenses | Mediolanenses | Parisienses | Paduanae | Assisienses <sup>1</sup>   | Lugdunenses   | no.    |
|--------|--|-------------|---------------|---------------|-------------|----------|--|---|--------|
| 3.1a   | [nihil]  | [nihil]     | [nihil]       | [nihil]       | [nihil]     | [nihil]  | [nihil]  | Idcirco ordinat generalis minister, de consilio et assensu totius capituli generalis, quod quicumque frater contra modos expressos in predictis declarationibus scienter pecuniam administraverit vel dispensaverit, aut in iudicio vel extra iudicium personas, servantes pecuniam pro necessitatibus fratrum nomine dantium, actione vel persecutione convenerit, easque servantibus quod et qualiter pecunia expendatur imperando vel cogendo preceperit, computumque ab eis violenter exegerit de expensa, repetierit, deposuerit aut deponi fecerit vel servari, capsulam pecunie vel eius clavem portaverit, vel ad ipsos servantes pecunias predictas pro aliis causis quam pro illis que in prefatis declarationibus exprimuntur vel inde eliciuntur, videlicet pro libris scribendis vel emendis, si sui prelati iudicio indiguerit, pro vestimentis, pro causa gravis infirmitatis qua actualiter laboraret, vel evidentis debilitatis vel senectutis ubi conventus sibi providere non posset, pro via prolixa quam facere haberet pro comuni utilitate vel evidenti necessitate in qua, iudicio sui prelati, non posset mendicando convenienter necessaria invenire, recursum habuerit et in hoc fuerit legiptime deprehensus, quia transgressor est artissimi regule precepti et pluries repetiti, libris et recursu ad pecuniam ipsam ac omni actu legiptimo privetur. Et cui hec pena non competit, per sex menses probationis caputio puniatur. Quod, si iterato in excessu huiusmodi fuerit legitime deprehensus, iuxta culpe modum pena carceris puniatur. | 3.1a   |
| 3.2    | Et dicimus pecuniam non solum denarios, sed rem quamlibet quae accipitur ut vendatur.  |             |               |               |             |          | Nullus frater quacumque ex causa pecuniam apud aliquem deponi sustineat vel servari sine licentia <i>speciali</i> et semper cum conscientia guardiani. Et hoc nulli concedatur, nisi pro necessitate <i>presenti vel de proximo iminente</i> fuerit faciendum. Et quicumque in huiusmodi inventus fuerit vitiosus, tamquam proprietarius puniatur, nisi eius innocentia per certa inditia excusetur (3.9). | <i>Et quando fratri alicui pro causis suprapositis concessa fuerit licentia de aliqua servanda pecunia, prefigatur sibi brevis et certus terminus, infra quem per obedientiam in rem, pro qua concessa fuerit, servata pecunia expendatur; ita quod non possit in rem aliam commutari. Nec, pretextu libri scribendi vel emendi, ultra annum huiusmodi terminus extendatur.</i>   | 3.2    |
| [3.2a] | Et si forte aliqua ibi poneretur, nullo modo convertatur in usum [usus] fratrum.   |             |               |               |             |          | [nihil]  | [3.2a] <i>Quicumque vero ultra terminum assignatum servaverit vel servari fecerit, vel in rem aliam presumpserit commutare, ad penam modo supra posito obligetur, nisi propter scribendi libri vel operis prolixitatem, vel infirmitatis diuturnitatem, frater excusabilis rationabiliter videretur.</i>  | [3.2a] |
| 3.3    | Nihil tamen fratres prorsus quoquo modo servari faciant [procurent] vel deponi, nisi propter necessitatem praesentem vel de proximo iminentem. |             |               |               |             |          | <i>Teneantur autem ministri et custodes per obedientiam de hoc inquirere diligenter, et terminum certum prefigere infra quem pecunia ipsa in res licitas convertatur.</i>  | <i>Eidem pene subiaceat qui quacumque ex causa pecuniam deponi vel servari fecerit sine prelati sui licentia speciali, petita infra triduum, et obtenta si eiusdem prelati oportunitas habeatur.</i>  | 3.3    |

LEGEND: *italics* = changes and/or additions    sans serif = relocated text

(Continued on next page)

| no.  | Narbonenses  | Assisienses               | Argentinenses   | Mediolanenses | Parisienses  | Paduanae | Assisienses <sup>1</sup>   | Lugdunenses   | no.  |
|------|--|---------------------------|---|---------------|--|----------|--|---|------|
| 3.3a | [nihil]  | [nihil]                   | [nihil]   | [nihil]       | Et ideo interdicimus quod nullus de cetero capiatur locus, ubi fratres absque congregacione vini et bladi vivere non possunt; et ubique locorum huiusmodi abusus pro viribus extirpetur. |          | [nihil]  | [nihil]   | 3.3a |
| 3.4  | Caveant autem fratres ne pecuniam, a dantibus seu offerentibus deputatam in aliquos certos usus, ad alios nisi ex eorum voluntate commutent.   |                           |   |               |  |          | <i>Simili quoque pena, scilicet proprietarii, puniatur qui, pro se vel pro alio in contrahendis debitis inventus fuerit vitiosus; et qui libros seu res alias, suo vel alterius usui deputatas, pro se vel pro alio pignori supposuerit sine ministri licentia speciali; qui potestatem hanc concedendi licentiam possit dare custodibus, si viderit oportunum. (cf. 3.10)</i> | Et ut hoc melius observetur, ordinamus ut declarationes predictae, quantum ad istum articulum et alia que pertinent ad observantiam paupertatis, quolibet mense semel vel saltem infra duos menses legantur fratribus in comuni in capitulo vel in mensa, ne ignorantia sit eis occasio delinquendi (Assis. <sup>1</sup> 3.1).                        | 3.4  |
|      | Nec auctoritate propria dent vel recipiant aliquid vel permutent sine suorum licentia praelatorum, quia hoc nullo fieri potest salva regulae puritate.   |                           | sine suorum licentia praelatorum] <i>intra ordinem vel extra sine licentia speciali</i> |               | intra ordinem vel extra] <i>om.</i>  |          | [nihil]  | [nihil]   |      |
| 3.5  | Item, altaria quaestuararia sive cippi vel similia, ad recipiendam pecuniam, nusquam pro fratribus habeantur [habeatur Medio.].  |                           |   |               | <i>... cippos vel tabulas et similia, ad recipiendum pecuniam, fratres nusquam procurent pro se fieri vel haberi.</i>  |          | <i>Guardiani insuper res conventuum vel locorum impignorare non audeant vel presumant sine manifesta necessitate vel evidenti utilitate, et nisi maioris partis fratrum suorum et maxime seniorum habeantur assensus.</i>  | Nullus frater quacumque ex causa pecuniam apud aliquem deponi sustineat vel servari sine licentia <i>speciali</i> et semper cum conscientia guardiani (3.9; Assis. <sup>1</sup> 3.2).   | 3.5  |
|      | Nec patiantur fratres, in locis suis aut in praedicationibus, quod cum bacinis vel cirothecis vel similibus pecunia pro fratribus colligatur.  | pro fratribus] <i>om.</i> |   |               |  |          |  | Et hoc nulli concedatur, nisi pro necessitate presenti vel de proximo imminente. Et quicumque in huiusmodi inventus fuerit vitiosus, tamquam proprietarius puniatur, nisi eius innocentia per certa indicia excusetur (3.9; Assis. <sup>1</sup> 3.2).   |      |
